SPRAWOZDANIE

DYREKCYI

c. k. wyższego gimnazyum

W KOŁOMYJI

za rok szkolny



NAKŁADEM FUNDUSZU SZKOLNEGO.

KOŁOMYJA,

z drukarni Michała Biłousa 1880.



Qua ratione temporibus nostris Cornelii Taciti Annales critica arte tractentur.

napisał prof. Teodor Czuleński.

Qui novissume Mediceos codd. contulerunt, Baiterus et Ritterus primum ex eis sex primos Ann. libros continentem M litera alterum Ma designaverunt. Ex quibus M codex post Beroaldum a Curtio Pichena, Jacobo Gronovio, Francisco del Furia, a Baitero denique a Fr. Rittero a. 1857 collatus est. Alterum Mediceum codd. item Curtius Pichena, J. Gronovius, Fr. del Furia, Baiterus et Ritterus excusserunt. Sed in excutiendis codicibus M. et Ma quum neque temporum neque librariorum diversitatis rationem priores critici habuissent, neque alterum utrum codicem separatim contulissent, Ritterus, vir sollertissimus atque huius rei amantissimus collatione sua, pro virili parte omnium desiderio satis facere conatus est. Quae in eius collatione laude sint digna, quae non, mox videbimus.

In codicis M. utroque margine notae adscriptae reperiuntur, quas Bait. et Ritt. voce: margo significant. Praeter quas multa alia in ipso codice addita mutataque sunt. Itaque primum inter lineas super quasdam voces quaedam scripta sunt veluti 2, 32 septembrium. Tum sub vocibus, syllabis vel literis puncta posita sunt veluti 4, 46 miserere quae punctatio a criticis appellata est.

Tum in ipsis lineis quaedam voces hoc modo correctae sunt, ut una vel plures literae mutatae sint velut 1, 3 genitos, in qua voce litera prior *a* vel *u* in *o* correcta est. Denique quaedam literae erasae atque in earum loco aut aliae pictae sunt, aut spatium vacuum relictum est veluti 1, 38 ultima *u* litera in voce abnuerunt in rasura picta est. 2, 19 ad. stitit, literae duae erasae sunt, quae non necessariae fuerunt. Quae punctis subpositis aut literis superscriptis in codice correcta sunt, ea Ritterus in editione sua si-

gnis delineatis repraesentavit: Baiterus vero vocibus „littera superscripta"; „littera puncto notata" descripsit.

Quae eradendo correcta sunt uterque vocibus: in „rasura" Baiterus etiam: littera deleta significant, ea, quae literis in ipsa linea mutatis correcta sunt nota „corr.", cui nonnunquam additum est, quae litera syllabave in aliam mutata sit, quod nota: corr. ex — in; vel litt. e correctione significatum est. Atque scriptio prior plerumque nota pr. adiuncta reperitur. Quod si uterque criticus constanter diligenterque observasset, diversas corrigendi rationes accuratius cognoscere possemus. Quod quidem facile fieri potuit, si notae „corr." et „pr." ad eas tantum voces significandas adhibitae essent, quae in ipsis lineis correctae erant. Sed tamen aliud videmus rem diligentius inspiciendo. Itaque 1, 14. censebat nota „pr." addita apud Ritterum legimus, apud Baiterum censebant, litera *n* superscripta. Quinetiam eadem nota „pr." Baiterus discrepantiam vocum in lineis codicis scriptarum, a vocibus in margine scriptis significat veluti 1, 4. M. nullam praesens pr. M. (nulla in praesens, *margo*). Neque perspici potest, qua ratione ex „que mignarum", quod in codice M. 1, 6 legitur „quem ignarum" factum sit; porro qua criticae artis lege 2, 38 „tiberio *q* fuit" in „Tiberio fuit quo" mutari licuerit.

Ex multis locis ubi uterque eorum notam „pr." scriptioni addiderunt, et contra, ubi unus tantum ex iis id fecit, nonnullos proferemus: Bait. et Ritt. „pr." notam addunt: 1, 1 iulianus pr. — reliqus pr. — planesiam pr. — 1, 23 vincerent pr. — 1. 79 adiacentiae rupturum pr; — 2, 34 praetoriis pr. — occursane pr. Ritt. Bait. vero „occursant". — 6, 10 titii is abini pr. Ritt. Ritterus solus locos sequentes pr. nota illustravit: 1, 4 is pr corr. iis. — 1, 9 consolatuum pr. — 1. 15 quaestus pr. — 1, 50 erant Ber. erat pr. 1, 56 pacis pr. — 1, 64 quo defectum pr. — 2. 71, contingentis pr. — 3, 6 que pr. — 4, 5 eu sexusu pr. 6, — 21 scripit pr. scribit corr. 6, 53 iaceebantur pr. Baiterus contra plurimis locis pr. notam addit, quos Ritterus aut omisisse aut non conspexisse videtur. Veluti 1, 5 aea (ea) — 1, 39 regressu (regressi) 1, 41 absistunt (absistant) 1, 51, unetvicesimani (undevicesimani), 1, 60 militu (militem) 1, 71 inlussis (inlusisse) 1. 80 fuerentur (fruerentur) — 2, 22 marii (marti) — 2, 83 adseravit (adseruit) 2, 85 sitis (satis) 3, 57 queque sitior (quo quaesitior) 4, 31 uteiurando (ut et iurando) 4, 45 facimus (facinus). etc. Nunc ad singula quae-

dam illustranda accedimus: 1, 9 „apud“ antiquissimis temporibus, quinetiam, ut Baiterus opinatur, a librario ipso ex „aput“ correctum est. Quod vel certissime ostendit librarium „aput“ solitum esse scribere in libro vero, ex quo suum codicem descripsit „apud“ exstisse. Quam ob rem et in hac voce apud et in ceteris similibus (illud, istud, sed, aliud, quid, isdem, haud) litera *d* in fine vocis scribenda est. Sed qui novissime Tacitum ediderunt Ritterus, Nipperdeius d aut neglexerunt, aut mira quadam codicis observatione utramque scribendi rationem confuderunt. Itaque apud Ritterum in eadem fere linea „istem“ et „isdem“ invenitur, 2, 33 si quid et paulo inferius „si quit“. Attamen ne hanc quidem rem constanter Ritterus observavit, cum in cod. 1, 64 „aliut“ in eius editione autem „aliud“ reperiatur. Ex novis editoribus Haasius solus literam d in vocibus supra memoratis constanter tenuit.

1, 51 unetvicesimani (Baitero auctore) corr. ex undevicesimani quo in hac re offendimur, primum est quod, qua corrigendi ratione „unetvicésimani“ ex undevicesimani mutatum sit, a Baitero dictum non est; Ritterus locum hunc silentio praeteriit, nisi quod pro unetvicesimani „unaetvicesimani“ quinquies posuit, qua vocis forma librarius, qui codicem Ma scripsit, utitur. Ceterum viri docti re diligentius cognita legiones 17, 18, 19, cum Varo excisas (quas Ritterus adhuc 1, 18, 19 falso appellavit) non denuo scriptas esse, sed novas legiones 1 et 21 in Germaniam missas esse ostenderunt.

6, 33. De vitiosa correctione „exercitubus“, quod exercitus mutatum est, nihil certi dici potest, quum critici quonam corrigendi genere potissimum id mutatum sit, non dicant. Quod enim Ritterus in apparatu suo critico exhibet exercitus, corr. vetere m exercitibus, haud sufficit.

6, 49. Ritterus, nescio, quare commotus, „imbecillum“ coniecit. Atqui quod immbellum in codice scriptum est, vetere autem manu in „imbellem“ correctum, sensui optime respondet Etenim qui Tiridatis partes sequuntur, ipsum Romanis moribus excultum comi ingenio esse putant, adversarii eius vero imbellem Arsacidarum fortissimorum dissimilem censent.

Propter eam, quam supra memoravimus, notarum criticarum discreptantiam pauci tantum exstant loci, de quibus pro certo affirmari possit, in lineis ipsis literas quasdam mutatas esse. Quibus imprimis hi sunt adnumerandi:

1, 3, genitus corr. ingenitos Bait. et Ritt. genitus pr. Orellius vero

genitos corr. M. fuerat genitus vel genitas. — In eodem capite, hispaniensis corr. in — es. — *Bait.* hispaniensis pr. M; hispanienses corr. M. eadem manu; *Ritt. e* posterius est e vetere correctione fuit fortasse hispanienses.

1, 5. c nauum — G nauum. *Bait.* inferior pars litterae G a manu sec.

1, 8 augusta — augustae. *Bait* augustae corr. M. fort. ex augustu; *Ritt.* augustu vel augusta fuit, nunc ex corr. est augustæ in fine versus.

1, 19. desideria ferenda, ubi Bait. et Ritt. addunt: utrique *a*, litterae u aliquatenus simili, alio atramento superductae sunt lineolae.

2, 59 adversum — adversus; Bait. et Ritt. corr. in aduersus Or: „ductu ambiguo inter *m* et *s* Baiter.

Duo loci ex his, quos nuper attulimus, copiosius nobis explicandi videntur. Itaque 1, 8, legimus; Livia in familiam Juliam nomenque Augustae adsumebatur. Quae prior scriptio huius loci fuerit, vix erui potest, quum et Baiterus et Ritterus opinentur august*a* vel augustu hoc loco scriptum fuisse. Qua re manifestum est, eos editores, qui Augustum receperunt, non multa codicis auctoritate niti. Porro vero id quoque liquet, scriptionem Augustae haud spernendam esse. Ad eos, qui cod. scriptionem contemnunt, Nipperdeius accessit suamque opinionem his verbis munivit;

„Livia war die erste, die Augusta hiess, vorher bestand dieser Name nicht, sie konnte also nicht in ihm aufgenommen werden". Acutius quam verius dictum est. Attamen, qui post eum Taciti Annales ediderunt, eum secuti sunt. Atqui nomen Augustus iam exstitit. De Caesare Octaviano sane Tacito dicere non licuit; adsumebatur aut adsciscebatur in nomen Augusti.

Sed quum saepe Tacitus constructionem mutavit, tum hoc quoque loco cur idem fecisse non potuerit equidem non video. quum praesertim Ann. 12. 26 inveniamus: „qua in familiam Claudiam nomenque Neronis transiret". Quae quum ita sint, scriptio codicis: Augustae probanda nobis videtur.

Sunt praeterea in ipsis lineis notae, quae quid valeant, parum liquet. Quarum magnam partem posteriore manu additam esse ii, qui codices contulerunt opinantur. Atque imprimis, quae hac de re Bait. et Ritt. scripserant ea non solum. rem non explicave-

runt, immo vero tenebras ei offuderunt. Itaque Ritt. 1, 14, in Haterium statim invectus est: pro *est* — ut saepius. Eadem fere Orellius hoc loco adnotavit: *est* frequente hac nota. Baiterus vero silentio notam, de qua agitur, praeteriit, neque usquam eius mentionem fecit. Quo factum est, ut Taciti textus hoc potissimum laboret neque certe constitutus habeatur, quoad non demonstratum erit, quid nota supra memorata in uno quoque loco valeat. Atque in dies plures coniecturae oriuntur, mirae quaedam grammaticae leges proponuntur, veluti illa, quam Nipperdeius ad locum 2, 60 explicandum composuit. Haud pluris ea ducenda sunt, quae idem Nipp. ad 1,8 adnotavit: *est* fehlt in der Handschrift, ist aber notwendig, weil man sonst nach passus noch ein verb. fin. erwarten *uü.* erst durch erneutes Lesen erkennen würde, dass *est* ergänzt werden soll". Quae ratiocinatio viro doctissimo et de Taciti operibus merito minime digna est. Sed quoniam hac de re satis dictum esse puto ad alia pergo.

In cod. M. 1,168 sentiis legitur, ubi nota *ten* syllabam significat. Quam quum librarius 3.35 et 57 omisisset, confusae voces sentia et sentiae inde ortae sunt. Eodem libraii errore 1,17, tentes pro tendentes et 3,24 tendi pro tetendi scriptum nobis videtur.

1,65 hoc reperitur signum „—„, „adversum" ferri „quod Baitero et Rittero teste„ alia manu alioque atramento pictum est. Quod signum, quid valeat, non liquet, quamquam usque perhibetur, verba adversum ferri transponenda esse. Quae transpositio sententiae nullum lumen adfert, immo vero vim eius debilitat. Huc praéterea punctum et duo puncta in ipsis lineis picta adnumeranda sunt. Sed quoniam neque Baiterus neque Ritterus distincte dixerunt quae sit signorum, de quibus agitur, significatio, aliud quid quaerendum est, quo difficultas expediatur. Quod si locos, in quibus punctum vel duo puncta in codice posita sunt, diligentius consideraverimus, facile inveniemus, in vocibus hac ratione notatis errorem aliquem latere, cui ipse mederi non potuerit. Huc adnumerantur praeter alia: 3,30 equestrior, tum 3,54 poscis et, 3,32 lepidum. Item. Atqui errores facillime hoc amoventur, si ultimam, in aliis locis duas ultimas literas vocis praecedentis cum voce sub sequente iungimus Qua ratione 3,30 ex: „equestrior. tum" equestri ortum, 3,54 ex: „poscis. et" posci sed, 3,32 ex: „lepidum. Item" Lepidum mitem orietur. Quam medendi rationem Beroaldi acre in-

genium excogitavit. In aliis locis alio modo error puncto notatus emendatus est. Veluti 1,33 „credebatur. Qui," ubi „credebaturque" legendum est. 3,44 haec in codice reperiuntur: an. [et] Saevo virum signum 7 positum est a quodam, qui aut errorem iam puncto notatum esse non intellegebat, aut *et* omissum hoc modo supplere volebat. Quod posteriore tempore is, qui codicem corrigebat, superscripto *et* explicavit.

Difficillimis ad explicandum locis hic adnumeratur 1,59: Coleret Segestes victam ripam, redderet filio sacredotiu: hominum germanos nunquam satis etc. Qui locus quamquam multis coniecturis vexatus est, adhuc emendari non potuit. Neque eum facile emendatum iri putamus, priusquam demonstratum erit, utrum duo puncta ab ipso librario qui codicem descripsit, an alia quadam manu posita sint. Quae quum ita sint, nihil reliquum est, quam ut ad tempus lacunam puncto notari putemus.

In aliis locis literas quasdam, in aliis voces totas erasas esse supra monuimus. Atqui qui hoc modo scriptionis integritati consulebat, is plurimis locis scriptionem veram restituit. Quod vel haud multo post factum esse arbitramur. Etenim, qui posterioribus Tacito emendando operam dabant, ipsam codicis materiam radendo destruere ausi non sunt, sed alias sibi corrigendi vias invenerunt. Quae quum ita sint, quaeritur, sit criticorum nostrorum in rasuris inveniendis atque recensendis sagacitas. Jam primum Baiterus et Ritterus in hac re dissentiunt, quum ab utroque non easdem rasuras notatas videamus; tum de eisdem, quae alius erarendo correcta esse perhibet, alius alia eaque contraria opinatur. Itaque Rit. 1,1: deterrerentur (in rasura), 4,73 leve (in ras.); Bait. contra illud silentio praeteriit, huic notam *pr* tantum adposuit.

Quum hac de re plura proferre longum est, paucis rem absolvemus. Ita e quinque locis, in quibus Baiterus menda radendo correcta esse perhibet, Ritterus tres omisit, in duobus aliam corrigendi rationem adhibitam esse putavit. Etenim a Baitero haec sunt notata 1,32 mil—in *l* corr. 2,63 pfluit—p in ras. 3,13 Serueus—litt. *eus* in ras. habet. 1,26 indicantur—litteris *ea* correctis in ras. 2,9 flum Visurgis—flum M. littera initialis proximi vocabuli est in ras. Ritterus autem ad 1,26: litteris *ea* novo atramento et hic et alibi adiutae sunt, quod notare plerumque supervacuum est.

De punctis, quae literis supposita sunt quod corrigendi genus Ritterus quidem diligentissime observavit et in editione sua,

accuratissime ut repraesentaretur, curavit; Orellius vero, e Baiteri notis ad quartum librum tantum correctionis punctis significatae, ratione habita, in reliquis eam quasi nullius momenti rem neglexit. Sed in secunda editione Baiterus plura nobis communicavit. In qua corrigendi ratione investiganda Baiterus complures locos omisit, Ritterus aliis locis puncta non animadvertit, quamquam ea Baiterus supposita esse perhibet, veluti 1,44 „strunue", 1,58 „peremitiem" (Bait.) permitiem corr. in (pernitiem) etc.

Corrigendi haec ratio in universum aestimantibus nobis diligentissime a criticis tractata esse videtur, nisi quod non explicatum est, quo consilio literae quaedam in codice bis puncto notatae sint, quorum alterum eidem literae superpositum alterum suppositum est, veluti 3,12. „exinbiduum" (Bait. eximbiduum pr. M.: exinbiduum cor. M). 4,26 „omissusque" (Bait more omissusque pr. M.: more missusque corr. M.) In literis puncto notatis saepissime hae inveniuntur: ae pro e literae ee, ss, tt, td, dt, rr, cc, mm, pro e, s, etc. Error in verbi finitima syllaba commissus puncto notatus est 1,6 „reddantur", 1,31 venisset", 2,30 „prohibebantur" 4,16 „accederet", 4,70 „adisset", 6,50, „adventabant". Unde cognoscimus puncto literas delendas notari. Sunt tamen loci ubi deleta litera notata puncto ad errorem emendandum non sufficere videtur veluti 6,37 „icyro". Baiterus i literam delendam atque: primum „Cyro" legendum esse putat Ritterus vero: a „Cyro" restituit idque hac potissimam ratione confirmare conatur, quod aliis locis simili errore i et a literae commutatae sint cf 3, 15 „anfensas„ pro „infensas", 5,37 „ficta" pro „facta," 6,48 6,48 praefecturis" pro „praefecturas". Sed quoniam illa medendi ratio, qua notata litera deletur et in eius locum nihil substituitur, ad sensum verum restituendum hoc loco valet, cur eam reiciamus, non video. praesertim quum similia non desint. Namque eadem ratione 1,57 „ex eticlientium M. et clientium", 1,33 „adtiberii M, a Tiberii sermone", nostro loco denique „ex icyro" primum „Cyro et post Alexandro", orietur.

Literas punctis notatas diligenter observando id praeterea cognoscimus Tacitum non *vicessimus* neque *vicensimus* sed *vicesimus* scripsisse. Sed Nipperdeius codicis inconstantem scriptionem secutus est, Baiterus et Ritterus uno loco 1,39, „vicensima", excepto omnibus locis „vicesimus" formam restituerunt. Librarii porro non codicis auctoritatem sequuntur, qui pro *causa, accusator*

caussa accussator in textum receperunt. Eiusdem librarii error est *omississet*, 2,85, quod Nipp. et *rennuit*, 1,77 quod Ritterus conservandum esse putavit. Praeterea Nipperdeius praepositiones unam syllabam tantum continentes cum vocibus ad ipsas pertinentibus in unam vocem coniunxit, veluti 6,50 *agente* pro *a gente*. Denique id pro certo accipiendum est formas *permities* quam Nipperdeius et *pernuties*, quam Ritterus recepit falsas esse et *pernities* aeque ac *exin* non *exim* scribendum esse. Simili ratione commoti *haud* adverbium, quod in cod. haud, haut, hau, aut formas habet, cum Haasio *haud* scribendum esse putamus

De vocibus ea ratione correctis, ut inter lineas literae quaedam vocabulis superscriptae sint. In quibus locis critica ratione tractandis Baiteri et Ritteri curas diligentissime observari opus est, quia uterque alios locos omisit. In iis, quos Baiterus silentio praeteriit, hi sunt: 1,10 occupavisse, 1,23 incendebat, 1,26, reiciat,
r o b i d
1,34 exprobant; vocationem; papuli, 1,44 destrictis, 1,47 alius,
d i i i
1.62 haut, 1,65 intendentes, 3,61 poteretur; deminutum. Ritterus contra nihil ad locos sequentes adnotavit, in quibus sunt: 1, 38
t d d
ad, 6,13 hausum, 6,50 atpericula.

Quo tempore literae errorum corrigendorum causa in codice supersciptae sint, facile cognoscemus, si hanc corrigendi rationem omnibus ceteris, de quibus supra dictum est, posteriorem esse meminerimus. Quae opinio etiam ipsorum errorum genere confirmatur.

Itaque sunt, qui putent codicem M. ab homine Germano descriptum esse, quippe qui popularium suorum pronuntiandi rationem secutus consonantes permutaverit veluti 1,35 papuli, 1,38 turpidos, 2,10 gurgia, 2,17 callicæ, 2,44 pellantem, 3,15 cupiculo. Omnia id genus, postquam codex M. e Germania in Italiam allatus esset, ab Italo homine correcta esse. Sed non omnia recte correcta ex hoc potissimum cognosci quod passim scriptio recta mala cor-
i i
rectione depravata sit, veluti 2,47 oreretur, 3,61 et 71 poteretur,
t
1,32 prostratos verberibus mulcant; quo loco corrector veram rectamque scriptionem „mulcant“ suo ingenio indulgens in „mulctant“ mutavit Cui tamen virorum doctorum opinioni penitus

adsentire non ausim, præsertim cum ea, quam memoravimus, consonantium permutatio e lingua latina vulgari profecta fortasse sit.

4,13 *aeginensi n* inepte additum, cum hic de Aegio Achaiæ urbe, non de Aegina agatur. — 1,47 *ac ne postpositi contumelia intenderentur* „incenderentur“ hoc loco Tacitus scribere non potuit, quippe qui narraverit, Tiberium idcirco in castra proficisci noluisse, ne alterius exercitus seditio adhuc plane non pacata, intenderetur, quod idem valet ac „augeretur,“ si milites se a principe postpositos esse audissent.

Multis locis hoc corrigendi genere *e* vocalis in *de* syllaba
i i i
in i mutata est, veluti 1,32 destricis, 2,31, derexit, 2,42 demi-
i i i
nutionem, 3,58 delata, 3,61, deminutum, 4,17 deductam, 4,36
i i
destrictor, 4,40 derigenda. Cui rei veram lucem intulisse Halmii laus est Cf. Halm Beiträge zur Kritik *u.* Erklärung der Annalen des Tacit. Progr. 1846, Speyer, ex quo manifestum est, Tacitum *de* et *di* syllabas ubique accurate discernere. Sed quoniam omnes locos huc pertinentes afferre longum est, paucis rem illustrare conabimur. Itaque *dilectus* substantivo Tacitus constanter utitur, cum de militibus scribendis dicit, cf. hist. 3,50 recens dilectus, 2,57 festinatis per Galliam dilectibus. 4,70 recenti Vangionum — dilectu auctas, 4.14 Batavorum iuventus ad dilectum vocabutur; *delectos* vere eos milites appellat, qui e legione exercitata ad certum munus obeundum deliguntur, cf. hist. 4,35, mille delectos e quinta et quintadecima legione ann. 15, 26 vexilla delectorum ex Illyrico et Aegypto.

Aliud errorum genus inde ortum est, quod is, qui corrigebat infinitivum historicum cum 3 pers. plur. perf. in *ere* confudit. Quæ res a quibusdam editoribus non explicata, immo vero implicita est veluti ab Orellio, qui librarium alteram perfecti formam ignorasse usque perhibet cf. Tac. Ann. ed. Orel. ad 2,2. 2,57. 4,68. Qui si diligentius locos 2,1: venere, 2,11: exemere, 2,56: accepere, 2,64: egere, 2,79: expediere, etc. inspexisset, quam enuntiavit sententiam certe non dixisset. Atque Baiterus quidem vitiosa illa in sequenti editione omisit, et ad 2,2 omnes infinitivos falso a librario positos collegit.

De notis in margine codicis scriptis. Quas Ritterus et Orellius notas in cod. marg. scr. parvi duxerunt, Baiterus diligentissime

in sua Ann. editione imprimi iussit. Quarum plurimae correctionem continent: in quibusdam, ubi corrector ipse haerebat, plures voces propositae sunt, ut aptam lector ipse eligeret veluti ad 1,27 quae pergerent, margo: gererent, peragerent, 4.27 feroricia, margo: ferocia, ferociora, 4,30 medurius, margo ni clarius ni durius. E magno notarum numero unam proferemus, ut qua ratione a criticis recentibus tractentur, illustretur.

1,20 intus, margo invictus. Hac correctione spreta Muretus *immitis* scribi iussit, J. Gronovius: *tritus*, Rhenanus: *attentus*, Lipsius: *vetus*; quam Lipsii opinionem Halmius, Nipperdeius, Ritterus amplexi sunt. Nobis tamen hoc loco *intentus* sensui aptissime convenire videtur, praesertim cum syllabam „ten“ omissam esse pluribus locis supra monuerimus.

Ante artem typographicam inventam multis iisdemque variis rationibus viri docti eis Taciti locis quos vitiis, laborare putabant, mederi conati sunt. Ex quo autem celeberrimi auctoris libri typis impressi pluribus cogniti erant, mirum in modum numerus criticorum crevit ita, ut Lipsius questus sit: „ut olim vitiis, sic nunc remediis laboratur.“ Quae Lipsius de aequalibus suis dixit, haud scio an nobis de Ernestio, quique eum usque ad nostra tempora sequuntur, dicendum sit. Iste enim criticus mira Taciti emendandi cupidine incensus omnia, quae ad Ciceroniana dicendi exempla revocari nequibant, vitiosa esse putans ad textum qui dictur depravandum multum contulit. Alii critici vero, qui his proximis annis ad Tacitum recensendum accesserunt, palaeographicam. si ita dicere licet, rationem textus emmendandi amplexi sunt. Qui si literarum apices in vocibus a se suspectis diversa ab aliis pro babilique ratione sibi explicare videbantur, novam difficultatis solvendae viam proponere haud dubitaverunt. Quo factum est, ut plerumque loci, qui a superioribus criticis integri habebantur nullaque medicina egebant, vexarentur. Quae omnia mala Orellii editio lon ge remotura videbatur, praesertim cum eum diligentissima sua codicum excussione Baiterus iuvisset. Sed in ea ipsa re peccatum est. quippe cum Orellius non omnibus locis notas a Baitero sibi, communicatas recte intellexisset. Qua de causa Baiterus Tacitum ipse denuo iprimi curavit. Interea Ritterus codices denuo excussit, atque pro virili parte omnium ardentissimis votis respondere conatus est.

De glossis.

Cum in omnibus fere antiquorum scriptorum libris glossae inveniuntur, a librario insipiente in textum receptae, tum Taciti quoque libri eodem vitio laborant. Atque profecto de codice Ma, id pro certo affirmari potest. Qua re commoti critici glossas in codice M. quoque diligentissime quaesiverunt. Quorum curae num fructum expectatum tulerint, mox videbimus. Atque in hanc rem investigandam plurimum studium contulerunt Ritterns et Nipperdeius. Hic 1,63. 2,8. 2,73. 3,20. 3,68 glossas invenisse perhibet, quae tamen ab aliis imprimis autem a Rittero non agnoscuntur. Sed idem Ritterus multos alios locos protraxit, in quibus alii nullum glossae vestigium reperire potuerunt. Ut nullas in codice M. glossas esse ostendamus, quosdam falso suspectos locos hic afferemus

1,74. [quo ceteris eadem necessitas fieret] Ritterus sententiam hanc quasi nihil novi continentem spuriam esse putat. Atqui Tacitus consulto ea usus est, ut, quam ob causam Tiberius „palam et iuratus" verba fecisset, ostenderetur.

4,62 Ritt. M. Licinio L. Calpurnio consulibus ingentium bellorum cladem aequavit malum improvisum: [eius initium simul et finis exstitit]. Si pronomen „eius" ad „malum improvisum" referremus, sane enunciatio in dubium tracta tollenda esset; sed quoniam „eius" ad coepto apud Fidenas amphitheatro pertinet, nihil est, cur sententiam memoratam reiciamus.

6,53 futuris etiam [post Tiberium] caedibus Si „post Tiberium" omittitur, sententiae omnis vis atque gravitas perit.

4,1 [quippe isdem artibus victus est] Quatuor causas Ritterus attulit, ut haec supervacanea esse demonstraret. Quarum cum nulla satis valida sit, codicis auctoritas pluris nobis esto. 1,39. [rarum etiam inter hostes] Ritt: „glossa vel loco suo se prodit" Minime. Etenim 1,56 legimus: nam, rarum illi caelo, siccitate et amnibus modicis: 6,16: Piso, rarum in tanta claritudine, fato obiit 13,3: Ili, rarum in societate potentiae, concordes. —

3,68 [quippe alia parente geniti] Silani bonorum partem Lentulus filio reddendam censet. Quia vero iure universa rei bona publicabantur, nil mirum Lentulum proximam, quae ei in mentem venit, causam mitis iudicii prompsisse.

De lacunis.

Utrumque Medic. codicem lacunis laborare manifestum est.

Nunc videamus, num criticorum curae istius mali sanandi causa susceptae ad nostra tempora multum profecerint. 3,14 M. *interisse scripsissent.* Omnes editores perhibent, inter verba haec magnam esse lacunam, quam Ritterus ita explendam putat: accusatoresque intendere suspitiones proferri, quae — Piso et Plancina ad principem Liviamque scripsissent, expostulantes. — Pfitznerus vero opinatur, nullam hoc loco lacunam esse atque verbum scripsissent vitiose a librario pro: „scripta, si essent" picta esse. Cuius verba sunt: Es handelte sich um die Herausgabe des cap. 16. erwähnten libellus, dessen Inhalt die Freunde des Piso verrathen hatten: „Briefe des Tiberius und Aufträge gegen den Germanicus". Die Richter kamen dem Angeklagten, der Miene machte, als wolle er dieses Libell bei dem Senate niederlegen (promere apud patres) durch ihr allgemein gehaltenes Verlangen „scripta si essent, expostulantes", zu Hülfe, und dass sie durch die unzeitige Weigerung des Angeklagten nimmer Klarheit in diese, sie so tief berührende Sache erlangen sollten, liess sie ihren Grimm gegen den Angeklagten wenden.

1,35 M. *et si vellet imperium, promptos ostentavere.* Ritt: promptas res, Nipp. et Haas: promptos. Qui „res" supplendum in textu putant, similibus huic loco Taciti verbis An. 12,12: „vocante Carrene promptasque res ostentante" inducti sunt. Sed haec nihil ad rem pertinent, immovero si „res" substantivum adderetur, Taciti brevis elegansque sententia elumbis fieret, quam ob rem „promptos" legendum putamus.

1,69. N. nec adversus externos militum quaeri. Vulg: militem. Doederleinius et Heraeus „studia" supplendum putaverunt, sed, utrum ante militum an post hanc vocem id adderent, doctissimum certamen inierunt. Haasius proposuit: „gratiam" Ritterus vero: „pavorem". Sed omnes has textus sanandi rationnes inutiles esse codex ipse docet, ubi militem legitur, quod Baitero auctore e militum correctum est.

In eos locos, qui lacunis laborare putantur sanandos, quum Ritterus plurimum studium contulerit, operae pretium esse videtur, ut inquiratur quibus ille potissimum rationibus rem aggressus sit. Itaque primum praenomina a librario omissa esse putat; eaque restituere conatur veluti 3,72. ubi voci Lepidus M. praenomen addendum esse censet. Tum pronomina in textum recipi iubet veluti 3,49 corripuit delator obiectans, aegro Druso composuisse *eum* 4,39 ita insuevisse *se* 4,59 exstimulatur, ut erectum et fiden-

tem animi *se* ostenderet etc. Aliis locis lacunas supplendis praepositionibus tolli putat. Sunt denique loci, ubi criticus coniunctiones necessario addendas censet veluti 6,17 dein Piso sex per annos pariter probatus publico*que* funere celebratus est (M. publico) 3,43ut eo pignore *et* parentes propinquosque 4,49 bellatorum inbellium*que* (M. bellatorum inbellium). Qua in re Ritt. ingenii acuminis sane multa dedit documenta, sed inutilem operam consumpsit. Priusquam ad emendationes recensendas accedimus, pauca quaedam de aliis locis falso suspectis ad ea, quae supra diximus adiungemus, 2,9, M. *Tum permissu progressusque permissu* pro *permissum* cf. 2,28 *sermone* M. pro *sermonem* 2,37 *imagine* pro *imaginem*, ex quo manifestum est, nullam hoc loco lacunam esse. Nipp. contra: permissu *imperatoris deducitur a Stertinio*, Ritterus: *Caesaris deducitur.* Baiterus et Haasius lacunae signa posuerunt.

2,30 *negante reo adgnoscentes servos per tormenta interrogari placuit.* Quum in codice pro *adgnoscentes* vitiose *adgnonoscentes* scriptum sit, Ritterus hoc librarii errore inductus *non* adgnoscentes in textum recepit. Sed haec opinio eum fefellit. Etenim oblitus est, quae servi in iudicio confitentur, ea non nisi tormentis adhibitis valere. cf. Cic. pro Mil. 21. facti in eculeo quaestio est, iuris in iudicio.

De emendationibus.

Si omnes Taciti Annalium editiones enumerare velimus, tempus nos deficiat. Quam ob rem I. Bekkeri solam edit. memorabimus, quae recte vulgata adpellatur, quum omnia in unum collecta contineat, quae multorum seculorum serie a doctissimis viris approbata sunt. Quem omnium consensum Bekkerus ultimam in textu constituendo rationem putavit. Quia vero plerique editores, etiam post Baiteri Riterique codicum collationes, in quibusdam locis vulgatae editionis auctoritatem sequuntur, pauca, in quibus non iure vulgata editio a codice discrepat, videbimus.

1;11. Vulg. *varie disserebat* M. variae disserebat, Baiterus et Ritterus: varia edisserebat, quod Linkerus proposuit collato Servio ad Virg. Aen. 2, 149, qui „edisserere" idem valere dicit ac: „ordine cuncta narrare". Cf. hist. 4,81 ubi Ritterus legit: „medici varia edisserere" pro: variae disserere. Ma. 1,36 Vulg. concederentur Quum hic oratio obliqua in directam transeat, quod e nominativis: „periculosa severitas, flagitiosa largitio, in ancipiti res publica" coguosci potest, „concedentur" legendum putamus.

2,47. Vulg. neque solitum in tali casu effugium subveniebat in aperta prorumpendi, quia diductis terris hauriebantur. M deductis. Si codicis scriptionem: *deductis* editores diligenter constanterque tenuissent, nullam hoc loco difficultatem invenissent.

3,63. Vulg neque minus Milesios Dareo rege niti. sed; M.
e
regi utis et, ex quo facili correctione „uti sed“ restituitur. Lipsius „niti“ coniecit, cumque recentes editores Nipperdeius, Haasius, Baiterus Halmius secuti sunt excepto Rittero, qui „uti sed“ in textum recepit.

3.66, *si rectum iter pergeret M: perageret* inter „pergere“ et „peragere“ aliquid interest, quamquam omnino similia sunt. Namque pergere non modo „iter ingredi“ significat, ut 15,27 mox iter pergit, sed etiam „rem inceptam porro tractare“ ut 4.20 liceatque inter abruptam contumaciam et deforme obsequium pergere iter ambitione ac periculis vacuum. „Peragere“ autem idem valet ac rem inchoatam ad finem perducere cf. Ov. fast. 1,188 et peragat coeptum dulcis ut annus iter. Virg. Aen. 4,653 vixi et quem dederat cursum fortuna peregi. Tac. Agr. 44. longissimum aevum peregit. Itaque nostro loco codicis scriptionem amplectimur. Quantum vulgata editio a codice discrepet, vel ex his paucis, quae attulimus intellegitur. Quae quum ita sint, Nipperdei quoque Ritterique emendationibus paululum animum attendemus

Nipperdeius quidem 1,4 verba codicis M. 1,4: „aliquid quam iram et simulationem“ in „aliud quam iram et simulationem“ mutavit. Alii alia proposuerunt veluti Weltius: aliud quicquam. Ritterus: aliud quid. Orellius vero qui codicis scriptionem tenet. hoc modo eam defendere conatur: (Tacitus) „devitabat sonum nimis asperum aliud quidquam quam“. Sedtamen si Tacitus nostro loco *quicquam* vel *aliud* adhibuisset, sententia illa, quae Tiberius Rhodi egisset, contineretur, atqui auctor celeberrimus alia in animo habebat, quippe qui dicere vellet. quae Tiberius omisisset Quam ob rem codicis scriptionem observandam esse putamus. 1,15. Nipp. ne *praeturae* plures; M. ne plures. Emendatio haec Nipperdeiana seu rectius interpolatio neque utilis neque necessaria est. Etenim illo die Tiberius in senatu nihil aliud egit, nisi duodecim candidatos praeturae nominavit et quattuor praeterea eligendos commendavit. In eodem capite aliud quoque malum latet, quod facillima correctione amoveri potest, si capitis quindecimi initium post ver-

ba „praesensque erat“ statuerimus. Qua id potissimum ratione fieri oporteat, facile cognosci potest. Etenim a verbis: „Candidatos praeturae“ res nova gravisque ab auctore narrari coepta est, cui poenitus intelligendae inepta capitum divisio adhuc officiebat. Quae enim Tacitus de „comitiis e campo in senatum translatis“, obiter tantum memoravit, ea minoris sunt momenti nostro quidem loco.

2,47. Nipp. enisa in arduom, quae plana fuerint. M. visa in arduo. Quae Nipp. defendendae emendationis suae causa profert, haud sufficiunt, cur codicis verba per se ipsa dilucida, quae rem quasi ob legentium oculos ponunt, mutentur.

In eodem capite: Nipp. quique Mosteni et qui Macedones Hyrcani vocantur: M. Mosteni aut Macedones. Ad codicis scriptionem corfirmandam imprimis vero, ut *aut* coniunctionem defendamus eiusdem Taciti locos alios adferemus 3,63: propiora Sardianos: Alexan-dri victoris id donum. Neque minus Milesios Dario rege uti; sed cultus numinum utrisque Dianam aut Apollinem venerandi 13, 43 nam filio et nepti pars concedebatur, eximebanturque etiam, quae testamento matris aut aviae acceperant. 6,37 interfectis ab Artabano plerisque aut nondum adultis.

1,16 *ob iustitium aut gaudium.* Murcti Wolfiique auctoritatatem secuti Nipperdeius aeque ac Ritterus Tacitum dubitare putant num Blaesus maestitia an gaudio commotus solita castrensia munia intermiserit. Sed haec opinio eos fefellIt. Nam ille quum Seiani qui tum apud Tiberium plurimum auctoritate valebat, avunculus esset, Tiberium rerum potitum esse laetabatur, sed tamen pro tempore, quae res poscebat, maestitiae signa prae se ferebat. Quam animi eius conditionem Tacitus brevibus iisdemque accuratissimis verbis „ob iustitium aut gaudium“ expressit.

3, 62. Nipp. exin Cypri tribus de delubris M. tribus delubris Nipp.: „ergänze exposuere aus dem Vorhergehenden“. Emendationem hanc inutilem esse quisque videbit, qui „tribus delubris“ dativum esse meminerit.

6,9 Nipp. quos neque dicta nisi e praetorio neque praemia nisi ab imperatore; M. dicta imperatoris. Ritterus, qui olim „imperatoris“ glossam esse putavit, in novissima Ann. editione eodem loco „imperiti oratoris“ coniecit. quae coniectura sane probabilis esset, si alia mali tollendi via inveniri non posset. quae quidem facillima repertu est, si verba codicis, ut sunt, relinquemus.

6,11 Nipp. Caiam Caesarem, quasi incestae virilitatis; M: C.

Caesarem, quasi incerta virilitatis. Quae verba codicis, quid significent, Freinshemius explicavit. Idem „incerta“ in „incertae“ mutandum esse putavit, quod approbandum est. In quibus explicandis errabant ii, qui verba „quasi incertae virilitatis“ a Cotta dicta esse putabant. Quae ab auctore addita esse, vel coniunctio „quasi“ prodit; etenim si verba illa Cottae essent, Tacitus „velut“ posuisset. Simillima his sunt, quae in eiusdem libri cap. 10. leguntur „ut vero Latinium Latiarem ingressus est“, quae Nipperdeius hoc modo vertenda putat: „eine Rede begann, welche L. L. zum Gegenstand hatte“. Alia tamen Tacitus in animo habuit. Namque hic narrat ipsum Latinium Latiarem, ubi primum Sextius verba „Latinius Latiaris“ pronuntiaverat, quasi insania correptum consurrexisse atque adversario suo acerbissimis verbis respondisse. Quae quum ita sint, intellegimus a Tacito brevibus iisdemque acutissimis verbis rem ad vivum expressam et quasi ob legentium oculos positam esse.

6,38. Nipp. instituta Parthorum sumit, M. insumit. Quae codicis scriptio nulla emendatione eget, immovero ipsa se defendit; „insumere aliquid“ enim idem est ac „totum se alicui rei dare“ cf. Tac. 16,23. curam insumpserat. — Ex his paucis, quas attulimus, Nipperdeianis emendationibus intellegitur, virum doctissimum multis locis codicis auctoritatem sprevisse nulla satis idonea causa commotum. Cuius curas criticas si cum aliorum temeraria arte, comparamus, qui his proximis temporibus Tacito mederi seu potius patrocinari coeperant, temperantiae laudem illi negare non possumus. Quid enim illa omnia, quae Nipperdeius mutare conatus est ad Ritteri „emendationes, glossas seclusas?“ Sed quum eiusdem Ritteri in republica literaria celebre sit nomen, videamus quasdam eius emendationum.

1,10. Ritt. abstulerit. M. abstulerat. Indicativo in enuntiationibus secundariis orationis obliquae non Tacitus solus utebatur sed etiam ante eum Sallustius et Livius. Quinetiam apud Ciceronem multa id genus reperiuntur. Atque in hac re auctores celeberrimi ingenio suo minime indulgebant, immovero certas quasdam sermonis leges sequebantur. Itaque quum enuntiatio secundaria orationts obliquae pars integra erat, coniunctivum Tacitus quoque omnibus locis posuit cf. 1,46: dum patres ludificetur. 14,58 postquam iussa efficere nequiverint; hist. 4,7. dum alii foveant, 2,33: quaecquae ad usum parentur. Indicativo vero modo tum auctores utebantur, quum repente ex obliqua in directam orationem trans-

ibant veluti 2,2. quoniam Romanae ultioni consultum est. Praeterea eundem modum adhibebant, primo quum ipsi quaedam addebant, quo locum tempus aliamve rationem ilustrarent. Quam ob causam 1,10 „abstulerat" legimus cf. 3,6: quia suberat, 4,25 quia claudebatur, 6,35 quia urgebatur, 11,14 quia mari praepollebant 13,15 dum respiciunt, 15,59 dum auditur, dum dubitat. Indicativus etiam adhibebatur quum enunciatione secundaria una tantum vox accuratius explicabatur cf 2,81 dum consulitur 4,10 postquam con vivium inierat. Cic. Tusc. 1, §. 101 dic, hospes, Spartae, nos te hic vidisse *iacentes*, dum sanctis patriae legibus obsequimur, vel quum „eum" „ille" pro „se" „ipse" positum erat cf. hist. 3,38 dum Vitellius — fovet 3,70 dum inter Vespasianum ac Vitellium iudicatur. Simili ratione in sententiis relativis orationis obliquae indicativus adhibetur. quum eis aliquid certi indicatur cf. 1.53 qui speraverat, 6,34 qui regnavit hist. 1,33 quae plurimum valet; deinde quum sententia relativa substantivi locum tenet cf. 12.38 et si qui alii vinctos reges populo Romano ostendere 13,49 quibusque aliis Romana continentur; tum, quum sententia rel. participii locum tenet cf. 1,39 quae per seditionem expressa sunt 4,56 qui adstabant, 11,16 quae acceperant, 14,21 quae tum erat, 1,56 quae bello defenderant. Postremo, quum substantivum praecedens accuratius explicatur cf. 1,36 legata, quae petiverant 2,32, dies quo se Libo interfecerat 3,61 supplicibus, quae aram insiderant, 4,10 mortem, quam patri struxerat, 6,34, ex his quae vetus memoria firmavit: hist. 3,21 exercitum, qui Hostiliae egerat.

1,19 Ritt. iamque pectori eius usque adcreverat M. eiusque, quod pro „et usque" in codice scriptum esse J. Gronovius docuit.

2,37 Ritt. qui] non pecuniam — accipere vel parare potui, sed satis habebam: M. parare potuissem, satis habebam. Ritterus in Mus. Rhen. 17 pag. 107. opinatur coniunctivum „potuissem" cum linguae latinae legibus pugnare. Quid, si ad hunc locum Liv. 5,55 conferemus: occurrebant colles campique et Tiberis et hoc coelum, sub quo natus educatusque essem.


3,3. Ritt. Tiberio et Augustae cohibitam; M. Tiberio et Augusta. Tacitum dativo casu pro ablativo cum praepositione coniuncto uti negari non potest. Attamen multi sunt loci, in quibus Tacitus abl. casu usus est. ut 6,50: ipso Artabano perculsus 2,63, pulsus haud multo post Hermundurorum opibus et Vibilio duce-

6,47 Macedonibus sitae cf. Nep. Dion. 5, his ipsis, qui sub adversarii fuerant potestate, regios spiritus repressit. 3,49 Ritt. id (sc. carmen) per vaniloquentiam iecerat M. legerat. Ritterus Weisbrodtium secutus codicis scriptionem aspernatur collatis 6,47 per vaniloquentiam ac minas iaciebat. Sed illa nihil ad hunc locum. Tacitus enim verbo *iacere* utitur, quum aliquem verba quaedam quasi praetereundo dicere narrat cf. 1,40 Augustus quaedam de habitu iecerat 2,50 in se iacta 2,55 in Agrippinam contumelias iacere 3,8 quae iacerentur 4,7 neque apud paucos talia iaciebat 4,68 Latiaris iacere fortuitos primum sermones 6,10, si qua discordes iecissent 6,52 iactis tamen vocibus. „Legere“ vero Taciti quidem temporibus praesertim „de scripto legere“ valebat cf. Tac. hist. 4,25, a quis ante militi quam ducibus legebantur.

4,10 Ritt. maximaequae fidei auctoribus M. maxime quae fideis. Scriptio vulgata: fidis omissa *e* litera. Quid si hoc loco librarium vocis „*dignis*“ dimidiam partem omisisse statuamus, praesertim quum Rittero ipso teste in codice *fide is* inveniatur?

4,15 Ritt. adfecit M. adficit. Et hoc loco et, 6,51 Ritterus adficit in adfecit mutandum esse putavit, quasi perfectum tempus magis rei conveniret. Nobis quidem minime hoc loco codicis verba emendatione egere videntur.

4,16. Ritterus antea putavit: „quae consulto vitarentur et quod — conveniret. Ita medendum etc. M. et quō (i. e. quoniam). Nipperdeius post „vitarentur“ lacunam statuit, „*et quod*“ enim Tacitum scribere debuisse opinatur. Cui nunc Ritterus assentit hoc tamen a Nipp. sententia differt, quod post „conveniret“ lacunam esse censet, quam his verbis: „contra tendere parentes“ supplere conatur. Sed rem altius reputando reperimus neutrum animi sententiam exprimere ausum esse. Et hoc' quidem recte. Etenim Tacitus loco nostro narravit, Tiberium causam attulisse „cur tam pauci confarreatione matrimonia inirent“ minimeque ex Nipp. Ritt. sententia „warum wenige sich dem Berufe eines flamen widmen.“ Quae quum ita sint, verba codicis ut sunt, sensui sufficiunt.



Statystyka zakładu.

I. Grono nauczycieli i rozkład przedmiotów przy końcu roku szkolnego 1880.

A. DLA NAUKI OBOWIĄZKOWEJ.

1. **Kruczkowski Kalikst**, dyrektor.
2. **Ksiądz Martini Mikołaj**, profesor, uczył religii rit. lat. w całem gimnazyum — 16 godzin.
3. **Borkowski Aleksander**, profesor, gospodarz klasy VII. uczył języka łacińskiego w klasie VII. i I., greckiego w klasie VII., — 17 godzin.
4. **Ksiądz Lepki Mikołaj**, profesor uczył religii rit. gr. w całem gimnazyum, — 16 godzin.
5. **Perfecki Romuald**, profesor gospodarz klasy IV., uczył języka łacińskiego w kl. IV., greckiego w kl. IV., polskiego w kl. V. i VIII., — 16 godzin.
6. **Wajgel Leopold**, profesor, gospodarz klasy I.a, uczył nauk przyrodniczych w klasach I.a. I.b., II.a. II.b, III.a. III.b. V., VI., matematyki w kl. I,a. — 19 godzin.
7. **Czuleński Teodor**, profesor, gospodarz klasy VI, uczył języka łacińskiego w kl. VIII. i VI, greckiego w kl. VIII, — 16 godzin.
8. **Polański Kornel**, profesor uczył historyi powszechnej w klasach II.b., III a. III.b. VI, VIII, języka ruskiego w kl. II.a.b., — 19 godzin.
9. **Stroka Wincenty**, profesor, gospodarz klasy III b., uczył języka polskiego w klasach III.b., VI., VII, języka niemieckiego w kl. VII., propedeutyki filoz. w kl. VII. i VIII — 17 godzin.

10. **Winowski Mikołaj**, profesor, uczył języka łacińskiego w kl. I. b., greckiego w kl. VI. i V., — 18 godzin.
11. **Rudnicki Stanisław**, nauczyciel, gospodarz kl. VIII., uczył matematyki w klasach II. b., V, VII, VIII, fizyki w kl. VII. i VIII. — 18 godzin.
12. **Berger Edward**, nauczyciel, uczył języka niemieckiego w klasach II. b., V. VI. VIII., — 17 godzin.
13. **Gruszkiewicz Teofil**, nauczyciel, zawiadowca biblioteki, uczył języka polskiego w kl. IV., ruskiego w kl. IV. VI VII. i VIII., języka niemieckiego w kl. IV., — 16 godzin.
14. **Kozakiewicz Ludwik**, egzamin. zastępca nauczyciela, gospodarz klasy V., uczył języka łacińskiego w kl. V., języka polskiego w kl. I. a, II. a, III. a, — 15 godzin.
15. **Rużycki Jan**, egzamin. zastępca nauczyciela, gospodarz kl. II. a, uczył języka łacińskiego w kl. II. a, ruskiego w kl. I. ab., III. ab., V., — 16 godzin.
16. **Sokalski Seweryn**, egzamin. zastępca nauczyciela, gospodarz kl. I. b. uczył matematyki w klasach I. b, II. a, III. a, III. b, IV., VI., fizyki w kl. IV. — 21 godzin.
17. **Warchol Jan**, egzamin. zastępca nauczyciela, gospodarz kl. III. a., uczył języka łacińskiego, greckiego i niemieckiego w kl. III a., — 15 godzin.
18. **Algierski Kasper**, egzamin. zastępca nauczyciela, uczył geografii w kl. I. a., I. b, historyi i geografii w klasach II. a., IV., V. VII, — 21 godzin.
19. **Gierad Leon**, zastępca nauczyciela, gospodarz kl. II. b., uczył języka łacińskiego w kl. II. b., polskiego w I. b., II. b., — 14 godzin.
20. **Tokarski Stanisław**, zastępca nauczyciela, uczył rysunków w klasach I. a, I. b, II. a, II. b., III ab., IV., — 24 godzin.
21. **Victorini Otmar**, zastępca nauczyciela, uczył języka niemieckiego w kl. I. a., I. b, II. a, — 17 godzin.

B. DLA NAUKI NADOBOWIĄZKOWEJ.

1. **Polański Kornel**, j. w. — uczył historyi kraju rodzinnego w kl. III. ab. i VI., — 2 godziny.

2. **Algierski Kasper**, j, w. — uczył historyi kraju rodzinnego w kl. IV. i VII. — 2 godziny.
3. **Victorini Otmar**, j. w. — uczył języka francuskiego w trzech oddziałach po 2 godziny — 6 godzin.
4. **Gierad Leon**, j. w. uczył kaligrafii 2 godziny.
5. **Knipl Maciej**, kapelmistrz miejski, uczył spiewu 4 godziny.



II. kronika zakładu i zmiany zaszłe w ciągu roku szkolnego.

Reskryptem z d. 20. Sierpnia 1879 l. 268 przeniosło W. Prezydyum Rady szk. kr. zastępcę nauczyciela Jana Wołczuka z tutejszego gimnazyum do gimnazyum Brzeżańskiego, a natomiast zastępcę nauczyciela Teofila Gruszkiewicza z c. k. gimnazyum św Anny w Krakowie do tutejszego gimnazyum.

Dekretem z d. 25. Sierpnia 1879 l. 8245 przeniosła W. Rada szk. kr. zastępców nauczycieli Ludwika Kozakiewicza i Jana Ru. życkiego z c. k. gimnazyum Stanisławowskiego do tutejszego.

Rozporządzeniem z d. 9. Sierpnia 1879. l. 10635 nadał Jego Excelencya pan Minister wyznań i oświecenia profesorowi tutej szego gimnazyum Drowi. Antoniemu Kosibie posadę rzeczywistego nauczyciela w c. k. gimnazyum w Jaśle.

Reskryptem z d. 30. Sierpnia 1879 l. 13.538 mianował Jego Excelencya pan Minister wyznań i oświecenia zastępcę nauczyciela Teofila Gruszkiewicza rzeczywistym nauczycielem przy tutejszym zakładzie.

Dekretem z d. 13. Września 1879 l. 9417 mianowała W. Rada szk. kr. Marcina Pacha zastępcą nauczyciela dla tutejszego zakładu.

Dekretem z dnia 22. Września 1879 l. 9713 przeniosła W. Rada szk. kr. zastępców nauczycieli tutejszego gimnazyum Ludwika Maciulskiego i Marcelego Turkawskiego, pierwszego do c. k. gimnazyum w Stanisławowie, drugiego do c. k. IV. gimnazyum we Lwowie, natomiast przyznaczyła tutejszemu zakładowi zastępcę nauczyciela c. k. gimnazyum Tarnopolskiego, Kaspra Algierskiego i zastępcę nauczyciela c. k. szkoły realnej w Krako wie, Seweryna Sokalskiego

Rozporządzeniem z d. 5. Października 1879 l. 10344 przyznała Wys. Rada szk. kr. profesorowi Kornelowi Polańskiemu pierwszy dodatek kwinkwenalny począwszy od 1. Października 1879, również rozporządzeniem z d. 8. Listopada 1879 l. 11.099 profesorowi Wincentemu Stroce pierwszy dodatek kwinkwenalny począwszy od 1. Października 1879, a rozporządzeniem z d. 4. Stycznia 1880 l 13680 profesorowi Aleksandrowi Borkowskiemu drugi dodatek kwinkwenalny począwszy od 1. Stycznia 1880.

Reskryptem z d. 18. Lutego 1880 l. 19065/1879 przeniósł Jego Excelencya Pan Minister wyznań i oświecenia profesora tutejszego gimnazyum Henryka Machnickiego do c. k. gimnazyum niższego w Bochni.

Reskryptem z d. 16. kwietnia 1880 l. 5459 przeniósł Jego Exc. p. Minister wyznań i oświecenia profesora c. k. Brzeżańskiego gimnazyum Mikołaja Winowskiego do tutejszego zakładu, natomiast Wys. Prezydyum Rady szk. kr. przeniosło reskryptem z d. 7. Maja 1880 l. 110 zastępcę nauczyciela Walentego Wróbla z tutejszego gimnazyum do c. k. gimnazyum Brzeżańskiego.

W dniach od 9—19 grudnia 1879 lustrował tutejsze gimnazyum c. k. Radca szkolny i Inspektor szkół średnich Wp. Antoni Sołtykiewicz.

Dnia 2. Czerwca br. obchodził zakład smutny obrzęd oddając ostatnią usługę zmarłemu zastępcy nauczyciela Marcinowi Pachowi.

Ponieważ ś. p. Marcin Pach uczył języka łacińskiego, greckiego i niemieckiego w kl. III. a, to po jego śmierci udzielał nauki tych przedmiotów w obu oddziałach III. klasy p. Jan Warchoł.

Pisemny examin dojrzałości odbył się w dniach od 19—26 Maja, a ustny pod przewodnictwem c. k. Radcy szkolnego i Inspektora szkół średnich Wp. Antoniego Sołtykiewicza w dniach od 21—26 Czerwca 1880.

III. Plan nauki.

I. KLASA (dwa oddziały).

Religia: 2 godziny tygodniowo. — Zasady katolickiej nauki wiary i moralności podług książki Szustera w tłóm. X. Zielińskiego. Uczniowie obrz. gr. uczyli się z téj samćj książki w przekładzie X. Guszalewicza.

Łacina: 8 godzin w tygodniu — Nauka o formach prawidłowych imienia i słowa, odmiana słowa *possum*, przysłówki i przyimki, tudzież najważniejsze reguły składni według zarysu organiz. §. 24. Wszystko to ćwiczono tłómaczeniem odpowiednich przykładów z łacińskiego na język polski i odwrotnie, używając za podstawę nauki mniejszéj gramatyki Schultza (Jerzykowskiego) i zadań do tłómaczenia ułożonych przez Dr. A. Jerzykowskiego. Począwszy od 1. Listopada dawano co dni 8 jedno extemporale, a w kursie drugim oprócz tego co miesiąc jedno zadanie domowe.

Język polski: 3 godziny tygodniowo. Podług gramatyki Dr. A. Małeckiego nauka o zdaniu pojedynczém. Okazano na licznych przykładach najważniejsze zasady głosowni w połączeniu z pisownią i wzięto naukę o formach imion do liczebnika włącznie. Czytano 120 prozaicznych i 114 poetycznych ustępów z przepisanych wypisów dla niższego gimnazyum T. I.; ćwiczono w opowiadaniu i deklamacyi. Co tydzień ćwiczenie ortograficzne lub zadanie na przemian.

